[illegible]

Quot teſtibus cauſa ingratitudinis ſuperiores probanda.

[illegible]

Quibus ex cauſis dominus cauſam amittat.

[illegible]

Ingrati vaſalli vel domini bona cui committantur.

Vide infra Titulum de bonis damnatorum.

De uſurpationibus, & uſucapionibus.

[illegible]

De re judicata.

[illegible]

De confeſſis.

[illegible]

De exceptionibus.

[illegible]

De obligationibus & actionibus.

[illegible]

De ſolutionibus.

[illegible]

De furtis.

[illegible]

Arborum furtim cæſarum.

[illegible]

De incendio, rate & nave expugnata.

[illegible]

De injuriis.

[illegible]

De Receptatoribus violatorum pacis.

[illegible]

De Collegiis.

De conventiculis & conjurationibus 2. 53.

De Accuſationibus.

[illegible]

Ad L. Jul. Majeſtatis.

[illegible]

Ad L. Cornel. de ſicariis.

DE Homicidio 2. 53. 1. *verſ. Homicidium.* De veneno 2. 24. 2.

De vi publica.

[illegible]

Ad L. Cornel. de falſis.

DE inſtrumento falſo 2. 58. 3.

De Annona.

NE quis ultra pretium annonæ in provincia ſtatutum, carius annonam vendat 2. 27. 4.

De Pœnis.

[illegible]

De bonis damnatorum.

[illegible]

De Appellationibus.

AB iniqua ſententia parium ad Imperatorem appellari 1. 21. 26.

De jure fiſci.

V. Titulum quæ ſint Regaliæ 2. 56. & 1. 13.

De re militari.

NE ſervi ſacerdotum, diaconorum & ruſticorum filii cingulum militare aſſumant 2. 11. *in fin.*

De extraordinariis cognitionibus & ſi Judex &c.

[illegible]

De verborum ſignificatione.

[illegible]

Geniculus 1. 1. 4. id eſt, gradus.
Guardiæ feudum 1. 2. 1. 4. 3. 1. 11. 2. 94. quod alicui tanquam cuſtodi caſæ dominicæ datur.
Guarentizare 1. 34. id eſt, evictionem præſtare.
Hoſtenditiæ, adjutorium quod faciunt vaſalli dominis, cum rege in hoſtem pergentibus 2. 40.
Hoſtem facere 1. 7. 2. 40. id eſt, in expeditionem bellicam ire.
Invadiare 2. 27. *in fin.* eſt pignori obligare, *engager.*
Judex Curtis 1. 18. Is judicabat inter convaſallos de feudalibus controverſiis.
Verbum *Legitimus heres*, in feudis maſculum ſignificat 1. 13. 2. 34. *verſ. profecto.* 2. 26. *in fin.*
Manſus 1. 4. 5. hereditas, prædium.
Marchio a marcha: quæ ut plurimum juxta mare poſita 2. 10.
Ad Morganaticam matrimonium 2. 29. Albertus Argentinenſis.
Morganatico jure donatum. Morgangheba donatio collata in uxorem mane die Nuptiarum.
Paragium [ſeu Pedagium vel Paradogium] adquirere 2. 10. Jus parium conſequi.
Plebeji 2. 10. qui noviter feudum acceperunt a Capitaneis.
Precaria 1. 9. *in fin.* ceſſio uſusfructus.
Regaliæ 2. 56.
Sacramentales 1. 4. 2. 10. 1. 28.
Senior 1. 17. id eſt, dominus.
Soldata dicitur, quia plerumque in ſolidorum donatione conſiſtit 2. 10. *in fin.*
Tituli Eccleſiæ 1. 6. prædia clericis ad alimenta deputata.
Valvaſor v. nomenclaturam perſonarum *Tit. de ſtatu hominum.*
Valvaſinus 2. 10.
Vaſallus v. Nomenclaturam perſonarum *Tit. de ſtatu hominum.*
Villicaria vice 2. 81.

De regulis juris.

REgula aut definitione certa cauſæ feudi amittendi non poſſunt comprehendi: ſunt tamen ut ita dicam, egregiæ quædam ingratitudinis cauſæ, quibus beneficium ſecundum mores curiarum ſolet adimi 2. 23.
Fœminæ locus non patet in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo, qui primus de hoc fuerit inveſtitus 2. 17.
Invitus alium quam quem voluerit, ſibi adquirere vaſallum dominus non cogitur 2. 12.
Non vult heres eſſe, qui ad alium transferri voluit beneficium 1. 51. 2. 29. 2. 44.
Factum fratris fratri in feudo paterno non nocet 2. 93. Culpa unius coheredis, cæteris non præjudicat 2. 78.
Secundum libertatem reſpondendum 5. 14.
Perſona ſervilis poſt delatam ſucceſſionem etiam manumiſſa, in feudo non ſuccedit 2. 106.
Qui ex liberalitate conveniuntur domini, in id quod facere poſſunt condemnandi 2. 58. Iniquum eſt, ſi quis ex dono ſuo conveniatur 2. 58. 3.
Quod ab initio de jure non valuit, tractu temporis convaleſcere non debet 2. 55.
Qui in alterius locum ſuccedunt, juſtam cauſam habent ignorantiæ 2. 92.
Vaſallus vaſalli mei, vaſallus meus eſt 2. 52. 2. 51.
Ætati 1. 22. & imprudentiæ ſuccurritur 2. 26. 6.
Minor fidelitatem facere non cogitur, donec venerit in majorem ætatem, in qua doli capax ſit 2. 26. 4. *verſ. ſi minori.*
Dolus abeſſe videtur, ſi juſta cauſa impediat 2. 52. *in fin.*
Æquitas in paribus cauſis paria jura deſiderat 2. 54.
Quod quiſque juris in alium ſtatuit, ipſe eodem jure utatur 2. 33. 1.
Inter dominum & vaſallum nulla fraus, nec ullum malum ingenium intervenire debet 2. 52. *in fin.* 2. 97.
Ex omni felonia ex qua vaſallus feudo privatur, ex eadem dominus feudo etiam privatur 2. 47. 2. 26. 6. v. domino. non eſt æquum videre egentem, quem prius habueris in conjugem vel amicum 2. 58. 1.
Id quod de communi expenſum, pro parte communi reſtituendum 2. 12.
Qui ſuum beneficium alii dat, non debet alia lege dare niſi qua ipſe habet 2. 34. 2.
Quod dicitur, alienatione feudum aperiri domino: id intelligendum eſt, cum a ſcientibus alienatur beneficium 2. 42. *in fin.*
Eccleſia non deſinit eſſe heres 1. 13. adde quædam de Eccleſiæ laude ex 1. 13.
Deſinit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti 2. 21. 2. 109.
Abſtinere a malo non ſufficit, niſi fiat, quod bonum eſt 2. 27.
Qui qualibet ratione de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poteſt inveſtituram facere 2. 3.
Pluralis locutio duorum numero contenta 2. 58. 2.
Pares majorem juriſdictionem habent de ſuo pari, quam de ſuo domino 2. 97.
Actore nihil probante, qui convenitur, obtinet, vel abſolvitur 2. 33. *verſ. ubi nihil.*
Ligius homo duorum eſſe nemo poteſt 2. 99.
Unuſquiſque ſibi ſuiſque heredibus videtur proſpexiſſe 2. 18. 2. 90.
Juſta ignorantia, vel parvi temporis negligentia cum iniquæ poſſeſſionis perjurio, domino in poſſeſſione damnum adferre non debet 1. 26. *in fin.*
Feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini adquirendum 1. 27.
Legum Romanarum non eſt vilis autoritas, ſed non adeo vim ſuam extendunt, ut uſum vincant aut mores 2. 1.
Parem corrumpi pecunia, odio, gratia, non eſt ſuſpicandum 2. 58. *in fin.*
Promptiores ſumus ad abſolvendum quam ad condemnandum 2. 28. 1.
Inveſtitura fidelitatem præcedere debet 2. 4.
In generali alienatione feudum non continetur 2. 26. *verſ. In generali.*
Qui præſens actum impedire poteſt nec contradicit, is habetur pro conſentiente 2. 9. *verſ. ſi porro.* 2. 26. 5. *verſ. Titius.* 2. 33. *verſ. inde etiam.*
Natura novas deproperat formas edere 2. 24. *verſ. ſed quia.*
Ratihabitio, etiam tacita, confirmat actum invalidum 2. 39.
Portionem feudi alienans, fidem promiſſam ſervare non videtur 2. 24. 2. *in fin.*
Legitime factum, ſuperveniente facto, non retractandum 2. 106.
Stipendium conſequi debet qui ſuum obſequium commodat 2. 107.
Reſoluto jure dantis reſolvitur jus accipientis 1. 13. 2. 8. 1. 2. 9. *in fin. princ.*

INCIPIUNT

INCIPIUNT[1] FEUDORUM[2] CONSUETUDINES[3].

LIBER I.

TIT. I.

DE HIS, QUI FEUDUM DARE POSSUNT, ET [QUI NON:] ET QUALITER ACQUIRATUR, ET RETINEATUR.

Feudum dare poſſunt prælati Eccleſiarum, ſi eccleſiæ eſt conſuetudo & nobiles ſeculares, & qui ab eis feudum accipiunt. Bald. *Qui feudum dare poſſint.* 1. 2. 3. 4. *De acquirendis feudis.* 5. *De natura feudi.*

QUia de feudis tractaturi ſumus, videamus: primum [4] qui feudum dare poſſunt. † Feudum [5] autem dare poſſunt archiepiſcopus [6], epiſcopus, abbas, abbatiſſa, præpoſitus, ſi antiquitus [7] conſuetudo eorum fuerit feudum dare. † Dux [8], Marchio [9], & Comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui [10] proprie regni, vel regis capitanei [11] dicuntur. Sunt & alii qui ab iſtis feuda accipiunt, qui proprie regis, vel regni valvaſores dicuntur: ſed hodie capitanei appellantur: qui [12] & ipſi feuda dare poſſunt. Ipſi vero qui ab eis accipiunt feudum, minores [13] valvaſores dicuntur.

Vaſallus ipſo vivo non privatur feudo, ipſo vero mortuo ad filios æqualiter pertinet feudum. Bald.

§. 1. Et quia vidimus de perſonis: videamus qualia prius habuerunt initia. † Antiquiſſimo [14] enim tempore ſic erat in dominorum poteſtate connexum, ut quando vellent, poſſent auferre rem in feudum a ſe datam. † Poſtea [15] vero eo ventum eſt, ut per annum tantum firmitatem haberent. Deinde [16] ſtatutum eſt, ut usque ad vitam fidelis [17] produceretur. Sed cum hoc jure ſucceſſionis ad filios non pertineret: ſic [18] progreſſum eſt, ut ad filios deveniret: in quem ſcil. dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie [19] ita ſtabilitum eſt, ut ad omnes æqualiter [20] veniat. §. 2. Cum [21] vero Conradus [22] Romam proficiſceretur, petitum eſt a fidelibus [23] qui in ejus erant ſervitio, ut lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes [24] ex filio producere dignaretur, & ut frater fratri ſine legitimo [25] herede defuncto (vel filius) in beneficio quod eorum patris [26] fuit, ſuccedat. † Sin autem unus ex fratribus a domino [27] feudum acceperit [28]: eo defuncto, ſine legitimo herede, frater ejus in feudum non [29] ſuccedit: quod etſi communiter [30] acceperint, unus alteri non ſuccedit, niſi [31] hoc nominatim dictum ſit: ſcil. ut uno defuncto ſine legitimo herede, alter ſuccedat, herede vero relicto alter frater removebitur.
§. 3. Hoc [32] autem notandum eſt, quod licet filiæ, ut maſculi, patribus ſuccedant: legibus [33] tamen a [34] ſucceſſione feudi removentur [35], ſimiliter & earum filii [36], niſi [37] ſpecialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. §. 4. Hoc quoque ſciendum eſt, quod beneficium [38] ad venientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur ſucceſſione ſecundum uſum ab antiquis ſapientibus conſtitutum, licet moderno [39] tempore usque [40] ad [41] ſeptimum [42] geniculum [43] ſit uſurpatum: quod [44] in maſculis deſcendentibus, novo jure usque in infinitum [45] extenditur.

Feudum quod datur a capitaneis, vel regis valvaſoribus propriam habet naturam, quod vero a minoribus datur, propriam naturam non habet: duobus caſibus exceptis qui in litera continentur. Baldus.

† Notandum eſt autem, quod illud beneficium, quod a regis capitaneis, atque regis, [vel regni] valvaſoribus aliis impenditur, proprie [46] jure feudi cenſetur. Illud [47] vero quod a minoribus in alios transfertur, non jure feudi judicatur: (licet aliter in curia Mediolanenſi obſervetur) ſed quando voluerint, recte auferre queunt: niſi Romam cum illis in exercitu [48] perrexerint: quo caſu in jus feudi tranſit, [& adjudicatur:] vel niſi aliquid propter feudum acceperint: tunc enim niſi [49] reſtituto pretio [50] auferre non poſſunt.

TIT. II.

[DE [51] FEUDO GUARDIÆ [52], ET GASTALDIÆ [53].]

Feudum guardiæ, & gaſtaldiæ, & illud, quod pro mercede alicujus rei datur, elapſo anno revocari poteſt: niſi ad certum tempus detur. Sed ſi gaſtaldi nomine proprii feudi dicant ſe poſſidere, non defendunt ſibi poſſeſſionem, niſi de ſuo jure probent. Bald.

1 Conſuetudinis nomine feudorum libri nuncupantur, *ut hic.* Atqui conſuetudo jus eſt non ſcriptum, §. *ſine ſcripto.* 9. *Inſt. de jure naturali.* Sed hic ſcriptura, non ut forma, ſed memoriæ & probationis tantum faciendæ cauſa intervenit. Hujuſmodi conſuetudo ſcripta, vel multis antiquis inſtrumentis comprobata, notoria eſſe dici poteſt. 2 De feudorum origine vide Cujacium 8. *obſ.* 14. Goth. Adde Hotoman. 2. *obſ. cap.* 2. Et de feudis non authenticis vide Molin. *ad Conſuetud. Pariſienſ. tit. des fiefs, num.* 100. *& ſeq.* Card. Tuſc. *litt. F. concluſ.* 168. Anſ. 3 Hinc illa: uſus curiarum 2. *feud.* uſus ab antiquis ſapientibus conſtitutus. 1. *feud.* 1. §. 4. juſtus & verus. 1. *feud.* 13. *in pr.* regni. 1. *feud.* 15. 2. *feud.* 82. 2. *feud.* 101. comprobatus. 2. *feud.* 81. 83. *in fin.* uſu tradita. 2. *feud.* 84. Jus Curiæ, 2. *feud.* 101. in multis curiis & civitatibus intellectum, 2. *feud.* 88. & breviter, conſuetudo, mores, conſuetudo feudi, 2. *feud.* 1. 4 De perſonis primo quærendum eſt, *l. ſi quæramus.* 4. *ff. qui teſtamenta.* 5 Feudum dare poſſunt Eccleſiaſticæ perſonæ: aut potius Eccleſiarum Prælati, ſi Eccleſiarum conſuetudo ſit: cujus ſententiæ vide octo exceptiones apud Beluiſanum & Laudenſem hic. 6 *Tit.* 3. *infr. eod.* 7 *Tit.* 6. *infr.* 2. *feud.* 91. Quid? quæ infeudandi antiqua conſuetudo eſt? Ravennas notat, utilem, 30. annis: Damnoſam, tempore cujus non ſit memoria: dubiam annis 40. præſcribi. Poteſt quoque ejuſmodi perſona in feudum dare, conſenſu totius collegii, etiamſi nulla ſit conſuetudo. 8 Feudum dare poſſunt ſeculares nobiles: ut Marchio & Comes. 9 Dux major Marchione: Marchio Comite, v. 2. *feud.* 10. *infr. quis dicatur dux.* 10 Capitanei regni vel regis proprie, Duces, Marchiones, Comites: improprie qui Valvaſores regni vel regis. 11 Id eſt, principes, proceres. *Hotom.* patritii. 12 Feudum dare poſſunt valvaſores regni vel regis. 13 Valvaſorum alii regis vel regni (qui feuda accipiunt a Ducibus, Marchionibus & Comitibus) alii minores, qui a valvaſoribus regni (de quibus paulo ante) feuda accipiunt. 14 Antiquiſſimum jus feudorum hoc fuit: ut domini pro animi ſui arbitrio, vaſallis feuda poſſent auferre: arbitraria itaque vel potius precaria fuerunt ab initio feuda. 15 Secundum jus, feuda fuerunt annalia. 16 Tertium jus, feuda ad vitam vaſalli producta. 17 Id eſt, vaſalli. §. 2. *infr. eod. tit.* 4. *in pr. &* §. 5. J. *eod.* 18 Quartum jus: feudum transferebatur ad filium vaſalli, quem dominus elegiſſet. Pone fœminas feudi capaces eſſe: an omnes æque patri ſuccedent? Laudenſis eam exiſtimat ſucceſſuram, quæ in hereditate paterna ſucceſſerit. *cap.* 1. *an agnat.* ſin minus, eam quam dominus elegerit. *arg. hujus loci.* Curtius, 3. *parte verſ.* 10. *octavo quæro.* putat primogenitam ſuccedere, adde quædam ex Cujacio *conſult.* 54. *circa med.* 19 Quintum jus: Feudum æqualiter ad omnes filios pertinet. 20 *Tit.* 8. *infr.* 21 Sextum jus: Feudum ad nepotes ex filio tranſibat: Imo & ad fratrem ſi feudum paternum vel antiquum, non autem ſi novum feudum: ſi frater ſine legitimo herede decedebat. Quid ſi pacto conventum eſt, ut frater fratri in novo feudo ſuccedat? quid ſi feudum, quo de agitur, ſciente domino, communi vel pecunia, vel armis & equis emptum eſt? Quid ſi contra hoſtem regis pugnaverint fratres? Quid ſi contraria conſuetudo? frater fratri, etiam in novo feudo ſuccedet, *ut hic.* Quid? num uterinus frater fratri ſuccedet? non ſuccedet: quia finitum eſt genus primi feudum adquirentis: & in feudis jure cognationis nulla eſt ſucceſſio. *c.* 1. *infr. de gradib. ſucceſſ. feud.* Quid? utrimque conjunctus frater, num excludet fratrem conſanguineum tantum? jure civili excluderet. *Auth. ceſſante. C. de legit. hered.* At non hoc jure, *Bald. Ardizo, Laudenſ.* Hic addendum quod a Baldo notatum eſt, Fratrem fratri in feudo ſuccedere, non adcreſcendi jure, ſed providentia principali ſeu legis. 22 Lotharius, *Hotom.* Goth. Conradus 11. Suevus. vide Molin. *ad Conſuetud. Pariſ. tit. des fiefs.* 1. *num.* 81. Anſ. 23 Id eſt, vaſallis. §. 1. S. *eodem.* 24 *Tit.* 8. 14. §. 1. *& tit.* 19. §. 1. *infr. eod.* 25 Id eſt, maſculo. 2. *feud.* 34. §. 2. *& tit.* 13. *infr. eodem.* legitimus enim heres in feudis, eſt maſculus deſcendens. 26 Id eſt, paterno. *tit.* 12. *&* 19. *in fin. infr.* 27 Hujuſmodi feudum initium habere a fratre dicitur. *tit.* 8. *in fin. infr.* ideoque novum appellatur. *tit.* 14. *in fin. infr. eod.* 28 Adquiſierit. *tit.* 20. *infr. eod.* 29 *d. tit.* 8. *&* 20. 30 Id eſt, ſimul inveſtiti. *tit.* 14. *in fin. infr.* 31 *d. tit.* 14. 20. alias exceptiones vide *d. tit.* 20. *infr.* 32 Septimum jus, Fœminæ non ſuccedunt in feudo (quod hodie etiam generale eſt in feudis) quemadmodum nec ſuccedunt collaterales, ultra patrueles. Quid? quomodo ſuccedunt patrueles? Cum patruis, in ſtirpem: inter ſe ſoli, in capita. *Bald. Authent. ceſſante. Cod. de legit. hered.* 33 Ut & XII. Tabularum ſcil. *l.* 14. *Cod. de legitimis heredibus.* §. 3. *verſic. & hæc quidem. Inſtit. de legitima agnator. ſucceſſ.* dixi *ad leges* XII. *Tabul. lib.* 2. *tit.* 20. §. 6. 34 Fœminæ in feudis ſuccedere non poſſunt, niſi pacto convento adjectum ſit, ut certo gradu, vel in infinitum ſuccedant, *ut hic:* vel niſi contraria ſit conſuetudo. Quid ſi feudum maternum, vel fœmineum ſit? fœmina excluditur a maſculis. *capite* 1. J. *de feudo fœmin.* Quid ſi feudum ad nullum ſervitium datum eſt? exploſa eſt Baldi opinio, exiſtimantis fœminam ſuccedere: eo magis quod extravagans, *ſi cui militi*, qua utitur, nullius autoritatis ſit, & alioquin contrarium ipſemet ſentit in *l. quotiens.* 12. *C. de ſuis.* Quid ſi feudum emptum eſt? rejecta Odofredi opinione, Iſerniæ probatur ſententia, exiſtimantis fœminam in id feudum non ſuccedere. Quid ſi fœmina bellis aſſueta, vel virago? ne quidem ſuccedet. Primum enim id ratum eſt. Deinde feudum non datur tantum juvandi domini gratia, ſed ut ejus ſecreta non evulgentur. Ideoque Laudenſis putat fœminas ad feudi ſucceſſionem, ea de cauſa non admitti. adde de his *c.* 1. *infr. quemadm. feud. ad filiam.* 35 *tit.* 6. §. 1. *infr. eod.* quia neque faidam levare, vel pugnam facere poſſunt. Iſernienſis. 36 Quantumvis ſint maſculi. 2. *feud.* 11. *verſ. ad filias.* 37 *tit.* 8. §. 2. *tit.* 14. §. 2. 2. *feud.* 39. 50. 38 Conradi, de quo §. 2. *ſupr. eod.* alii feudum interpretantur. 39 Octavum jus, Collaterales in feudo ſuccedunt ad 7. usque gradum. An usque ad 7. tantum gradum? Iſern. & Bald. ita putant: Contrarium verius eſt, in infinitum nempe ſuccedere. *c.* 1. *infr. de nat. ſucc. c.* 1. *ſi Vaſall. feud. privet. Gloſſ. in c.* 1. *infr. de ſucceſſ. feud. & in c. ſi capitan. infr. de feud. Marchiæ. Odof. Henr. Ardizo: Aug. Conſ.* 106. ſi modo feudum de quo quæritur, ſemel ad deſcendentes primi adquirentis pervenerit. Collaterales enim deſcendentium ab avo & eodem primo adquirente, ſuccedunt in infinitum. *d. c.* 1. *de natur. ſucceſſ. feud.* alias ad 7. usque tantum gradum. *Ravennas, Laudenſis.* 40 Quid? gradus in feudis num computamus ex regulis juris civilis vel canonici? Civilis, *Iſernias, Bald. Laudenſ.* Sic & in jure retractus agnatici, gradus ſecundum jus civile computandos eſſe ſcribit Cujac. *conſult.* 9. 41 Verbum *usque* Laudenſis accipit incluſive, non excluſive. 42 Hodie etiam in infinitum. 2. *Feud.* 50. Et hanc probat Laudenſis *hic. n.* 38. In feudis collaterales in infinitum ſuccedere: non ad 7. usque gradum. 43 2. *Feud.* 50. 44 Novum jus: Deſcendentes maſculi in infinitum ſuccedunt in feudis, quod & hodie ſervatur, & ita verum eſt, ut in feudo etiam eccleſiæ, ſuccedant deſcendentes maſculi in infinitum, *ut hic. capit. ex parte. de feud. Gloſſ. & Doctor. in l. ex facto* 17. *in fin. ff. ad SC. Trebellianum. l.* 1. *Cod. unde vir & uxor.* Nec obſtat Novella *de non alienandis* 120. *c.* 5. quæ hodie eſt correcta in hoc graduum numero, & alioqui eſt de emphyteuſi, quæ ad filias etiam deſcendit: non de feudo, quod ad filias non transfertur. Quid emancipati filii? hi etiam in infinitum ſuccedunt in feudo: quia principalis ratio ſuccedendi in feudis eſt in maſculis, *cap.* 1. *infr. de al. feudi. Bald. Ard. Laud.* Quid juſte exheredatus? non ſuccedit, niſi a patre feudum aſſignatum ei fuerit, *arg. l.* 1. §. *pen. ff. de adſign. liber.* Quid adoptivus vel naturalis tantum? vid. *c. naturalis c. adoptivus. infr. ſi de feud. fuer. controv.* Quid in regno & feudis individuis? primogenitus ſolus ſuccedit, *c. licet de voto.* Quid filius clericus, epiſcopus vel prælatus? Beluiſan. Bald. Alberic. negant ſuccedere: quod autoritate Joan. Calderini, Dulii, Bartoli, Archidiaconi, Innocentii, Joan. Ananiæ, Hoſtienſis, Joh. de Lignano, Geminiani, Antonii de Butrio, Panormitani, Saliceti, non admittit Laudenſis. Nam quæ in contrariam partem proferuntur, vel pertinent ad clericum volentem ſervitia præſtare per ſubſtitutum, vel ex ſtricto jure ſunt. Ita fuerit æquitatis, ſuperiores perſonas in feudis ſuccedere, ſi modo ſervire per ſubſtitutum ſint paratæ. Quid maſculi deſcendentes ex fœmina? negant ſuccedere: remota enim origine, his qui ab origine dependent, locum non ſupereſſe. *l. ſi viva matre.* 3. *C. de bon. maternis.* 45 2. *feud.* 74. 81. J. 46 Feudum conceſſum a valvaſoribus regni vel regis, jure proprii feudi cenſetur: proprium autem eſt feudum, quod eſt perpetuum, quod tranſit ad heredes, quod non revocatur pro arbitrio ipſius domini. 47 Feudum conceſſum a minoribus valvaſoribus, non cenſetur jure proprii feudi: hoc eſt non tranſit ad heredes: revocari quandocunque ab ipſo domino poteſt, niſi tribus caſibus. Primum enim id non obtinet Mediolani. Deinde aliud dicendum, ſi vaſallus cum domino Romam perrexit in exercitu. Poſtremo ſi vaſallus quiddam dederit pro feudo: tunc enim non poteſt auferri, niſi reſtituto pretio. 48 *Al.* in exercitum. loquitur de exercitu, cum quo Imperator Romam proficiſcebatur ad coronam imperialem accipiendam. *Trithemius* 30. *Otho Friſingenſis* 2. *c.* 11. 12. 49 Imo non reſtituitur pretium. *c.* 1. *infr. tit. prox.* Sed hic reſtituitur pretium datum pro feudo perpetuo: ibi, pro temporali. 50 Atqui pretium pro feudo non datur. *c.* 1. *infr. de feudo dato in vicem legis commiſſor.* non quidem ita decorum eſt pretium pro feudo accipere: poteſt tamen id accipere dominus, ſi velit, & ibi lege commiſſoria agitur.

51 Feuda guardiæ & guaſtaldiæ, anomala non regularia. Goth. *Guardia* eſt cuſtodia, ut quum caſtra, & territoria cuſtodienda traduntur, *Gaſtaldia* gubernatio dicitur, qua res domini gubernantur. Zaſ. *de feud. a rect. feud. natur. degener. part.* 12. *num.* 4. 5. 6. Anſ. 52 *tit.* 4. §. 3. *tit.* 10. *in fin. tit.* 11. J. *eod.* 2. *feud.* 94. feudum guardiæ cuſtodiæ nomine datur ei, qui quaſi cuſtos prædio apponitur, puta Cæſario, ſeu caſæ cuſtodi. 53 2. *feud.* 94. feudum Gaſtaldiæ, vel Guaſtaldiæ cauſa datur ei, qui quaſi actor vel procurator prædio dominico imponitur, aut curti ſeu caſæ dominicæ gubernandæ. *tit.* 10. *infr. eod.* 2. *Longobard.* 17.

FEUDOR.

Item

ITem [1] illud, quod datur nomine gaſtaldiæ, vel guardiæ, & pro mercede [2] alicujus rei [3], transacto [4] anno [5] poteſt [6] jure auferri, etiam pretio pro eo dato, non reſtituto, niſi [7] ad certum [8] tempus datum fuerit. §. 1. Si vero gaſtaldi aliquid nomine [9] proprii [10] feudi poſſederint [11], non valebunt propterea poſſeſſionem ſibi defendere, niſi per pares curtis [12], vel breve teſtatum [13] potuerint probare, ſe, antequam gaſtaldi eſſent, vel poſtquam deſierunt eſſe, inveſtituram accepiſſe.

TIT. III.

[QUI [14] SUCCESSORES FEUDUM [15] DARE [16] TENEANTUR.]

Succeſſor prælati non cogitur inveſtituram a prædeceſſore factam, & non expletam de feudo, quod alius tenet, ratam habere. Bald.

SI vero archiepiſcopus [17], epiſcopus, vel abbas, vel abbatiſſa inveſtituram ejus feudi, quod alius detinebat [18], eo tenore alicui dederit [19], *ut poſt deceſſum ejus qui poſſidet, habeat:* & ante deceſſerit archiepiſcopus, quam ille qui feudum poſſidebat: ſucceſſores eorum non [20] coguntur [21] eam inveſtituram facere, vel confirmare, etiamſi pares ejus curtis adſint teſtes, vel breve teſtatum [22] inde ſit: niſi [23] ille, qui inveſtituram acceperit, nomine ejus feudi in poſſeſſionem miſſus [24] ſit eo conſentiente [25], qui detinet. Sed ſi ille, qui feudum poſſidet, prius deceſſerit, quam ille qui inveſtituram fecit: jure cogitur [26] eam ratam habere.

† Laici [27] vero iiſdem [28] modis omnibus, quibus ſupra diximus, ſi aliis inveſtituram dederint, heredes eorum, ſi rationibus claruerint [29], omnimodo eam adimplere compelluntur.

TIT. IV.

[SI DE INVESTITURA FEUDI CONTROVERSIA FUERIT.]

Si inveſtitura ſit facta coram paribus, vel per breve teſtatum, dominus tenetur inveſtitum mittere in poſſeſſionem. Bald.

SI autem controverſia [30] inter dominum & fidelem de feudi inveſtitura fuerit: quid juris ſit, videamus. Et ſi inveſtitura facta fuerit coram paribus [31] curtis, aut in brevi teſtato: recte eum qui inveſtitus eſt, cogitur dominus mittere [32] in feudi poſſeſſionem. Si vero fuerit in poſſeſſione: & mota fuerit ei controverſia a [33] domino: ei defenſio [34] detur propter poſſeſſionem [35]. Si autem non fuerit in poſſeſſione, nec ſupra dictis modis poterit probare: tunc illius erit defenſio [36], qui inveſtituram dicitur feciſſe. §. 1. Si vero feudum aliquis habuerit, de quo nulla controverſia eſt, & dixerit *ſe inveſtituram alterius feudi accepiſſe ab eodem domino*, nec in poſſeſſione fuerit, nec prædictis [37] rationibus probare potuerit: licet domini eſſet defenſio: ex ordine [38] tamen, quia aliunde vaſallus eſt, remittitur domino ex æquitate defenſio. §. 2. Cum autem quis dixerit feudum ad ſe per ſucceſſionem pertinere, adſerendo, illud eſſe paternum [39]: ſi fuerit in poſſeſſione medietatis [40], vel alicujus partis, vel [41] cambium [42] proprietatis nomine illius feudi habuerit [43], vel aliis [44] juſtis rationibus illud eſſe paternum probare potuerit, jure obtinebit: ſi vero probare non potuerit prædicto modo, dabitur ei defenſio [45] cum duodecim ſacramentalibus [46].

Si vaſallus poſſidet caſtrum nomine recti feudi, dominus autem dicat eum nomine guardiæ poſſidere: domino incumbit probatio: & ſi probaverit, vaſallus condemnabitur: niſi vaſallus probet ſe legitime inveſtitum a domino, poſtquam in guardiam ab eo accepit: domino vero in probatione deficiente, vaſallo datur defenſio. Bald.

§. 3. Item ſi [47] vaſallus poſſederit caſtrum, quod dixerit *ſe pro feudo tenere*, & e contra [48] dominus *per guardiam* [49] dixerit *ſe ei dediſſe*, domini eſt probatio: & ſi poterit probare, tunc ille, qui tenet, domino debet reſtituere, vel [50] probare per pares curtis [51], vel per breve teſtatum, poſtquam in guardiam ſuſcepiſſet, ſe a domino pro feudo inveſtituram accepiſſe. Domino vero in probatione deficiente, tunc illius erit defenſio, qui poſſidet [52].

Si creditor emit pignus, deſinit eſſe pignus, niſi eſſet emptio ſimulata, & de ſimulatione conſtaret per certa indicia. Bart.

§. 4. Similiter [53] ſi aliquis poſſederit caſtrum, vel aliam rem, & dominus dixerit *ſe pro pignore ei dediſſe:* e contrario [54] ille dixerit *ſe accepiſſe pro feudo*, ſi potuerit dominus probare, quod ei pro pignore dediſſet: tunc ille qui tenet domino reſtituet, vel probet ſupradicto modo, ſe, poſtquam a domino pro pignore accepit, feudi nomine accepiſſe, & ſi dominus non poterit probare, ſe nomine pignoris dediſſe, erit defenſio illius, qui poſſidet. §. 5. Si quis de manſo [55] uno feudi nomine inveſtituram acceperit, & dixerit, *quod omne [56] incrementum pertineat ad eum per inveſtituram:* ſi [57] dominus reſervaverit ſibi aliquid [58] in ipſa curte [59], tunc oportebit fidelem incrementi inveſtituram per pares curtis vel per breve teſtatum probare. Sed ſi [60] dominus in ipſa curte nil ſibi retinuit: tunc omne incrementum jure feudi fidelis obtinebit. Si vero fidelis in poſſeſſione incrementi fuerit, non oportebit eum inveſtituram probare, ſed jurare.

1 *Item* particula repetitiva ejusdem qualitatis. Nam ſup. §. dictum eſt de feudo non perpetuo. 2 An præterita, ut vult Petrus de Cervo, *arg. c. 1. in fin. in quibus cauſis feudum amittat. c. 1. de capitaneo, qui curiam.* An & futura; ut vult Baldus? quod verius, hoc ſenſit, feudum pro mercede, ſive præterita, ſive futura, poſt annum poſſe auferri ſive juſta cauſa, ſive alia: potentior eſt enim præterita quam futura cauſa. *l. Aquilius. 27. ff. de donat. l. qui ſub prætextu. 9. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. 4*[illegible] *ff. de fidejuſſ.* Quid ſi feudum conceſſum ſit advocato pro patrocinio, vel ſcutifero pro ſervitio; vel capellano, pro capellania? finito anno poteſt auferri. Nam feudum quodcunque pro mercede, eſt annale, *ut hic, c. feud. ſcutiferorum. infr. de notis feudorum.* Quid ſi pro mercede domini in vita defenſi, feudum datum eſt? perpe[illegible]

[illegible]

eccleſiaſtici, non defuncti anteceſſoris ſucceſſores ſint. 28 Inveſtituram factam ab anteceſſore laici heres ratam habere cogitur. 29 Lego, claruerit, eo ſenſu, ſi prædictis rationibus probata fuerit inveſtitura. *tit. 4. §. 1.* prædictis, id eſt, per pares Curtis, vel per breve teſtatum. *hic & d. §. 1.* Juſtæ rationes dicuntur. *tit. 4. §. 2. infr. eod.*

30 Controverſia quid, notatur *in l. cauſas vel lites. 16. C. de transact. l. Lucius. 78. §. 3. D. ad SC. Trebellianum. l. non ſolum. 39. D. de procuratoribus.* 31 Probatur inveſtitura per pares, aut per breve teſtatum: per pares ſi quos tamen habeat ipſe dominus, alias etiam per extraneos, ſi nullos pares habeat. 32 Inveſtitum in poſſeſſionem mittere cogitur inveſtitor, neque præſtatione ejus quod intereſt liberatur: [illegible]

Si ſecundus vaſallus accipiat inveſtituram de feudo a primo vaſallo cum ejus incremento, & aliquid huic accedat feudo, vivente primo vaſallo: totum incrementum eſt ipſius vaſalli ſecundi. Bart.

§. 6. Rurſus ſi aliquis [1] acceperit inveſtituram feudi *cum omni incremento, quod ei obvenerit* [2], & aliquid accreverit vivente [3] eo, [4] a quo acceperit, ipſius erit, & ſi ille, qui inveſtituram fecit, ſine herede deceſſerit, & feudum reverſum fuerit ad eum [5], a quo ipſe tenuerit, vel ad alium: quidquid poſt mortem ejus, qui dedit, accreverit, ad eum [6] pertinebit, ad quem regreſſum fuerit.

TIT. V. [7]

QUIBUS MODIS FEUDUM AMITTATUR [8].

Caſus primus feudi amittendi.

QUia ſupra dictum eſt, quibus modis feudum acquiritur, & retinetur: nunc videamus, qualiter amittatur. Si enim dominus prælium campeſtre [9] habuerit & vaſallus eum morantem in ipſo prælio dimiſerit [10] non mortuum, nec ad mortem vulneratum: feudum amittere debet [11]. † Item ſi fidelis cucurbitaverit [12] dominum, id eſt cum uxore [13] ejus concubuerit, vel concumbere ſe [14] exercuerit, aut cum ea turpiter luſerit [15], vel ſi cum filia, aut [16] [cum nepte ex filio, aut cum nupta filio] aut cum ſorore domini concubuerit, (hæc ita obtinent, ſi in domo domini maneat [17]) jure feudum amittere cenſetur. † Similiter ſi dominum aſſalierit [18], vel caſtrum domini, ſciens [19] dominum, vel dominam ibi eſſe. † Item ſi fratrem ſuum [20] occiderit, vel nepotem [21], id eſt filium [22] fratris. † Aut ſi libellario nomine amplius [23] medietate [24] in feudum [25] dederit, aut pro pignore [26] plus medietate obligaverit, ita ut [27] transactum permittat: vel dolo hoc egerit, amiſſione feudi multabitur. † His omnibus caſibus feudum ad [28] dominum revertitur. † Rurſus ſi fidelis minus medietate libellario nomine [feudum] dederit, & ſine herede [29] deceſſerit, & feudum ad dominum redierit, vel poſtquam ad libellum dederit, vel pignori obligaverit, & domino [30] refutaverit [31]: tunc ille, qui ab eo acceperit, nullo jure adverſus dominum ſe tueri poterit.

Qui conſentit, jura ſua perdit, & aliena fortificat. Bald.

§. 1. Præterea ſi ille, ad quem feudum per ſucceſſionem jure obvenire debet, conſenſerit [32] eos inveſtire, ad quos ſecundum rectum morem non pertinet: nullo modo ad eum repetendum regreſſum habet. † Item ſi fuerint duo fratres & unus inveſtituram feudi acceperit: ſi poſtea feudum cum fratre diviſerit [33], & [34] ille, qui feudi partem accepit, poſtea plus medietate vendiderit [35], & ſine [36] herede legitimo deceſſerit, feudum ad dominum revertitur.

† Item ſi quis feudum habuerit in [37] curte [38] domini ſui: non poterit ipſum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui ſine conſenſu domini ſui dare, vel pignori obligare. Similiter ſi extra curtem detinuerit, & [39] dominus diſtrictum [40] habuerit, vel [41] alium honorem: ſi [42] alienaverit ſine voluntate [43], jure ad dominum revertitur.

TIT. VI.

[EPISCOPUM, VEL ABBATEM, VEL ABBATISSAM, VEL DOMINUM [44] PLEBIS FEUDUM DARE NON POSSE.]

Epiſcopus, Abbas vel Abbatiſſa, vel dominus plebis non poſſunt de cætero infeudare res eccleſiarum ſibi ſubjectarum, quæ vocantur tituli. Bald.

ITem ſi Epiſcopus vel Abbas, vel Abbatiſſa, vel dominus [45] plebis, feudum dederit de rebus eccleſiarum, quæ eis ſubjectæ ſunt, & tituli [46] vocantur: nullum habet vigorem, ſecundum hoc quod conſtitutum eſt a Papa Urbano in ſancta ſynodo, hoc eſt illud, quod [47] poſt ejus decretum fuerit datum: quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet. Idem juris eſt, ſi ſit præpoſitus (vel Abbatiſſa,) vel alia eccleſiaſtica perſona, quæ antiquitus [48] non ſit ſolita in feudum dare: ſcilicet ut quod dederit, de jure non valeat.

Fœmina poſita in copula cum maſculo, non ſuccedit ſimul cum eo, ſed ita demum, ſi maſculus non eſt. Bald.

§. 1. Quinetiam ſi quis eo tenore feudum acceperit: *ut ejus deſcendentes maſculi & [49] fœminæ illud habere poſſint:* relicto maſculo, ulterius [50] fœminæ non admittuntur. §. 2. Mutus [51] feudum retinere non [52] poteſt [53], ſcil. qui [54] nullo [55] modo loquitur [56]: ſed ſi feudum fuerit magnum, quo ei ablato ſe exhibere [57] non valeat: tantum ei relinqui debet unde ſe ſuſtinere poſſit. † Et his omnibus caſibus feudum amittitur, & ad dominum revertitur.

TIT. VII.

[58] DE NATURA FEUDI.

Non poteſt de Comitatu, Marchia, vel Baronia inveſtitus per principem, de his pro libito deveſtiri. Bald.

NAtura feudi hæc eſt, ut ſi [59] princeps inveſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, non poteſt eos deveſtire ſine [60] culpa, id eſt Marchiones, & Comites, & ipſos, qui proprie hodie appellantur

1 Puta Titius. 2 An hoc innuitur? Omne feudi incrementum, vaſalli de feudo inveſtiti cum omni incremento eſſe, ſive vivente inveſtitore fiat, ſive eo mortuo: & ad inveſtitorem reverti mortuo vaſallo? An & id quoque amplius vaſallo ſubfeudante, ſeu alii feudum dante ſub eadem conditione totius incrementi, omne incrementum feudi quod poſt mortem primi vaſalli mortui ſine heredibus evenerit, reverti ad primum dominum inveſtitorem, vel ad eos ad quos feudum reverſurum eſt: ut ea ratione primi vaſalli jure ſublato, ſublatum quoque jus intelligatur ejus, qui ab eo feudum eadem conditione accepit? quod & verius eſt. 3 Imo etiam & mortuo inveſtitore, Belloviſanus, *Laudenſis.* 4 Puta Sempronio. [illegible]

[illegible]

alienatione non permiſſa. [illegible] domini. 31 *2. feudorum 9.* ſi feudum refutaverit in manus domini. 32 Si proximior adgnatus ſucceſſurus conſentiat, ut remotior, vel, ut extraneus de feudo inveſtiatur. *2. feudorum 26. §. 5. verſ. Titius.* præjudicat ſibi. Conſenſiſſe autem hic intelligitur, qui vel tacite conſenſit: ſic tamen ut ille conſenſus actu aliquo probetur, puta ſigillo adpoſito, vel ſubſcriptione aliqua ſpeciali, alia tamen quam teſtimonii perferendi cauſa facta, *l. Gajus. 39. ff. de pignoratitia actione.* 33 Feuda dividi regulariter poſſunt, *ut hic:* quod in feudis dignitatum non obtinet. *c. 1. §. præterea. de publica alien. feudi per Feder.* & ubi alia conſuetudo eſt. 34 Frater fratri in feudo ſimul adquiſito non ſuccedit, [illegible]